Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sanata, abstractum est. Reliquum superfluum: dilatent filacteria
et magnas faciant fimbrias, gloriam captantes ab ho-
minibus, arguuntur in reliquis. Cur quaerant primos
accubitus in cenis et primas cathedras in sinagogis
et in publico gulam sectantur et gloriam, et vocentur ab ho-
minibus rabbi, quod Latino sermone magister dicitur. Denique
sequitur: Vos autem nolite vocari rabbi. Unus est enim ma-
gister vester. Et patrem nolite vocare vobis super terram.
Unus est enim pater vester qui in caelis est. Nec vocemini ma-
gistri, quia magister unus est Christus. Nec magister nec
pater vocandus est alius nisi deus pater et dominus noster Iesus Christus. Pater
quia ex ipso sunt omnia. Magister quia per ipsum omnia, vel quod per dis-
pensationem carnis omnes reconciliati sumus deo. Queritur
autem adversum hoc preceptum quare doctorem gentium apostolus se esse
dixerit, aut quomodo vulgato sermone maxime Pales-
tina et in Egypti monasteriis se invicem patres vo-
cent. Quod sic solvitur: aliud est natura patrem vel magis-
trum, aliud indulgentia. Nos si hominem patrem vo-
camus, honorem etati deferimus, non auctorem ostendimus nostrae
vitae. Magister quoque dicitur ex consortio veri magistri.
Et ne infinita replicem, quomodo unus per naturam deus et unus
filius non praeiudicat ceteris ne per adobtionem dii vocentur
et filii, ita et unus pater et magister non praeiudicat aliis
ut appellentur patres et magistri.
VAE VOBIS SCRIBAE ET PHARISEI L V. CCCCC
hypocritae, quia clauditis regnum caelorum ante ho-
mines; vos ipsi non intratis, nec introeuntes sini-
tis intrare. Habent scribae et pharisei legis prophe-